UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De eruditione christifideliu[m]

Herolt, Johannes

Colonie, 27. X. 1496

Secu[n]da petitio

urn:nbn:de:hbz:466:1-30784

Visual Library

re pater noſter niſi fratres D ¶ Er
go ad oſtendēdum ꝙ omēs hoīes tam
nobiles ꝗ̄ ignobiles ſunt ſimiles ꝗntū
ad ꝑncipium. quia omēs a deo creati ꝛ
nudi in hunc mūdum nati. quātum ad
medium. quia omēs breuis vite. quātū
ad finem. quia omēs in cinerem redigē-
di. ꝛ poſt terminum vite. quia omēs aū
tribunal xpi ſtabunt. ꝛ ibi ſcḋm iuſticiā iu
dicabūtur Ad oſtēdendū talē eq̄litatē
tunc dicimus noſter Tertio dicit noſter
vt nos inſtruat inuicem amare ꝛ auxili-
ari. ex quo fratres ſumus: ſic vt vnus ꝓ
alio oret. ꝛ damnū alterius ſuum repu-
tet. ſic faciūt germani fratres. Jaco. vi.
Orate ꝓ inuicē vt ſaluemini. Vn̄ Am-
broſius in hexameron. Si ꝓ te roges
tm̄ pro te ſolus rogabit. ſi aūt pro omni
bus rogas: omēs pro te rogabūt. Vn̄
Chriſoſt. ſup Matheū. Pro ſe orare ne
ceſſitas cogit. ꝓ alijs aūt charitas frat-
nitatis hortatur. Dulcior eſt aūt aū de-
um orō nō quam neceſſitas trāſmittit.
ſꝫ quam charitas commendat.

QUi es in celis E ¶ Querit̄
q̄re hoc dr̄ Math. cū tn̄ vbiqꝫ ē
deus ſcḋm deitatē. in terra ꝑ miſe
ricordiā. in inferno ꝑ iuſticiam. in celo ꝑ
gloriam. Reſpondeo ꝑmo: ideo vt nos
doceret ſpū mundo ꝛ corde puro orare:
vt omīa que ſunt in celo ſunt pura ꝛ mū
da. Johis. iiij. Spūs eſt deus ꝛ omēs
qui adorāt eū in ſpū ꝛ veritate adorare
oportet. Vn̄ Aug⁹. Niſi ſit conſcientia
pura a peccatis: a deo non exaudieris.
mūda tn̄ cubiculū cordis ꝛ intererit q̄ ex
audiet. Scḋo vt celeſtia ꝛ non terrena
doceret nos appetere. iuxta ꝯſilium apl'i
Colocen. iij. Que ſurſum ſunt q̄rite: nō
que ſup terram. Tertio vt oſtēdat nob
locū ad quē creati ꝛ redempti ſumus. et
ad quem omī die vnā dietā facere debe
mus. Vn̄ Johis. xiiij. In domo prīs
mei māſiōes multe ſūt. Vn̄ apl's. Non
habem⁹ hic manentē ciuitatē: ſꝫ futurā in
q̄rim⁹. Vn̄ Aug⁹. xxij. li. ḋ ci. dei. Mo
de⁹ ꝑparauit diligētib⁹ ſc: fide nō capit̄
ſpe nō attingit̄. charitate nō ꝯprehēdit̄
deſideria ꝛ vota trāſgredit̄. acquiri pōt
eſtimari nō pōt. Et ideo merito ad iſtā
celeſtē patriā anhelare debemus. Au-
g⁹. li. ij. de ciui. dei. O chare illā vitam
amplecti debuiſti: vbi eſt vita ſine mor-
te. lux ſine tenebris. iuuent⁹ ſine ſenectu
te. pax ſine diſcordia. volūtas ſine iniu-
ria. regnū ſine ꝯmutatōe. q2 nō amittit̄.

¶ Prima petitio F

SAnctificet̄ nomē tuum Hec eſt
ꝑma petitio in q̄ petimus vt no
men eius ſanctificet̄. Sed dice
ret q̄s. videt̄ ꝙ hec petitio ſit incōueni-
ens. ſꝑ em̄ eius nomē eſt ſanctū. ꝗ eius
ſanctificatio hic nō debet peti. Reſpon
deo ꝙ nō petimus ipm in ſe ſanctificari
q2 ſic nullo mō eſt magis poſſibile. Sꝫ
petimus in nobis ſanctificari. i. ꝙ in no
bis ſanctū habeatur ꝛ ſcm̄ reputet̄ ꝛ tā-
ꝗ̄ ſanctū honoret̄ corde credēdo ꝛ amā
do Juxta illud Eſaie. viij. Dn̄m exerci
tuū ipm ſanctificate in cordib⁹ veſtris.
In ore ipm laudādo ꝛ ꝑdicando. Da-
nielis. iij. Bn̄dictū nomē glorie tue ſan
ctū ꝛ laudabile. In oꝑe bn̄ viuēdo Sꝫ
heu iā a plurib⁹ xpianis nomē dei blaſ-
phemat̄ potius ꝗ̄ ſanctificat̄. Vn̄ de
hoc cōquerit̄ ꝑ Eſaiā ꝓpheram dicēs.
Eſa. lij. Jugit̄ nomē meū blaſphema-
tur. Vn̄ Rho. ij. Nomē dei ꝑ vos blaſ
phemat̄. Hoc iā pōt dici multis pecca
torib⁹ deū blaſphemātib⁹. ꝛ qui contra
ꝑceptum diuinū nomē aſſumūt in vanū
Sed q̄libet xpianus bonus debet pe-
tere in orōne ꝑmo ꝛ ꝑncipaliter honorē
dei dicēdo. Sanctificet̄ nomen tuū. ſcꝫ
in nobis. in corde ꝑ fidam dilectōem. ꝛ
in oꝑe per virtuoſam executōem.

¶ Secūda petitio

ADueniat regnū tuū. Hec eſt ſe-
cūda petitio q̄ iugiter nobis ad
uenire regnū patris celeſtis fer-
uētiſſime exoptamus dicentes. Adue-
niat regnum tuum. Et iſta ſcḋa petitio

ſm Henricũ de firmaria. conuenienter
ſeq̇tur ad p̄mam vt poſt adoptiõem fili
orum dei petamus regnum ipſius. q̄ꝺ
ꝓprie filijs dei debetur. Et ē ſenſus. ad
ueniat. i. ad nos veniat regnũ tuũ. quia
nos mortalitatis pondere p̄grauati ad
illud venire nõ poſſumus: niſi ꝑ manũ
ſue gratie ⁊ miſericordie affectus noſter
ad eius deſideriũ ⁊ ꝯſecutionem miſeri
cordie ſubleuetur. Dicamus ergo fidu/
cialiter tanq̄ꝫ filij ꝑ eius ſanguinē rege/
nerati. Adueniat regnũ tuũ Quia ſecũ
dũ q̄ꝺ nobis poſt honorē dei eſt deſide/
rãdũ eſt regnũ celeſte vt illuc ꝑueniamꝰ
Et hoc petimus hic in ſecũda petitiõe
dicendo Adueniat regnũ tuũ. i. ad nos
et in nos. ſ. vt regnes in nobis in p̄ſenti.
Iuxta illud Luce. xvij. Regnũ dei intꝛ
vos eſt. Et vt in futuro tecũ regnemus
cũ dicturus eſt electis ſuis illud Math
xxv. Venite benedicti ⁊c̄.

Tertia petitio.

Fiat volũtas tua ſicut in celo et in terra. Hec eſt tertia petitio in
qua petimus nobis bonũ ſp̃ũale quod
ꝑtinet ad meritum noſtrũ. Et ſm Hen
ricũ de fir. hec petitio recto ordine ſequitꝛ
ad ſcꝺam. Cõgruũ em̃ eſt vt cuiꝰ regnũ
poſtulamꝰ: eiꝰ volũtati in oĩbus parea
mus Sciendũ aũt q̄ deꝰ ſp̄ealiter vult
a nob̄ tria. Primũ vt ꝯuertamur a pec/
catis. Ezech. xviij. Nũquid volũtatis
mee eſt mors impij. Idē. Nolo morteꝫ
pctõris. Et ideo expectat vt miſereatꝛ no
ſtri. Vñ Augꝰ in li. de vita xp̄iana Si
deus patiēs nõ eſſꝫ: iã genus humanũ
defeciſſꝫ Nec iuſtos ꝺ peccatoribꝫ habe
remꝰ ſi deus ꝯfeſtim vellet punire pctõ
res. ꝫ vt ſero pctõꝛ ꝯuertatꝛ ⁊ viuat pa/
tientꝛ expectat Exemplũ de maria mag
dalena. petro ⁊ paulo, ⁊ ſic de alijs: qui
om̃es in inferno arderent ſi miſcꝺia dei
eis nõ ſubueniſſet ⁊ eis vitã ad emẽdã/
dũ ꝓlongaſſet. Scꝺm q̄ꝺ deus a nob̄
vult eſt. vt in melius ꝓficiamus. Vnꝺ
ap̄ls. Hec eſt volũtas dei ſanctificatio
veſtra. Quia ſꝑ ꝓficere in melius debe
mus. q2 nullus p̄t ſtare in via dei q̇n an
tecedat vl' retrocedat Hoc ꝑꝫ ſm Ber
nar. In via dei ſtare regredi eſt Tertiũ
ē q̄ꝺ vult q̄ oẽs ſaluemur. Ap̄ls Vult
oẽs ſaluos fieri. Et hanc triplicē volun
tatem dei petimus hic a nobis impleri.
q2 ſine ſuo munere fieri nõ pot̃. Vñ An
ſelmus. Nã ſicut deus nõ operatꝛ bonũ
in hoĩe niſi hõ voluerit. Sic nec hõ p̄t
facere. niſi habuerit dei adiutoriuꝫ. ſicut
nec ſemē ſine terra. nec terra ſine ſemine
fructificat. ſic nec hõ ſine deo. nec deꝰ ſi/
ne hoĩe bonũ operatꝛ in hoĩe. Sequitꝛ.
Sicut in celo ⁊ in terra. Vbi ſciendum
ſm Henricũ de firmaria. Per celũ intel
liguntꝛ viri iuſti ⁊ ꝑ terrã intelliguntꝛ pec
catores. Vt ſit ſenſus. q̄ ſicut volũtas
tua fit in bonis ⁊ iuſtis hoĩbus tibi fide
liter obſequẽtibꝫ. Ita etiã fiat in terra.
id eſt in ip̃is peccatoribꝫ. vt ſcꝫ ad te cõ/
uertantꝛ ⁊ tibi ſeruiãt Ergo orãs in hac
clauſula debet dirigere intentõem in de
um optãdo oĩbus pctõribus veniam ⁊
grãm ⁊ iuſtificatõem a peccatis. vt ⁊ ip
ſi volũtatem dei ſicut ⁊ iuſti ſalubꝛiter ꝑ
ficere valeãt. Scꝺo mõ ſm ſcm̃ Tho.
Per celũ intelliguntꝛ ſancti ⁊ angeli in ce
lo exñtes. ꝫ ꝑ terram in terra viuentes:
Vt ſit ſenſus. ſicut in ciuibꝫ celi ſic in ci/
uibus terre. Hoc eſt ſicut ſancti ⁊ ange/
li ꝯformãt voluntatē ſuam volũtati di/
uine in celis. ſic faciant hoĩes in terris.
Sed cõtra hoc faciũt q̇ murmurãt con
tra deum in tribulatõibus. Et hoc eſt
ſignum carentie diuine gratie. Sicut
vas vacuum magnam reſonãtiam fa/
cit. ⁊ currus nõ vnctus cum clamore in
cedit. ſic et tales. Sed boni chriſtiani
voluntatem ſuam deo conformant ex/
emplo chriſti qui dixit. non mea ſed tua
voluntas fiat. Vnde Caſſiodorus ſu/
per illud pſalmiſte. Voluntarie ſacrifi/
cabo tibi. Voluntarie deo ſacrificant
qui inter anguſtias paſſionum iugiter
gratias agunt.